

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4546

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2385

A S C E T I C I.

2386

Vix putem extare in Edit. *Opp.* XIII. fol. 43. Ode proluxa in-
omn. illius. Ad calcem: *La* scripta: *De la sainte Hostie*, fi-
mort ny mord. ne nomine Autoris, hoc initio:

*Vng cueur humain desproueu de science
Sale et polu par macule de Vice
Ozera il demander audience &c.*

XIV. fol. 47. Sur le saint *cum per singulos Articulos Agri-*
Symbole. *Complaincte des pouures* colarum deplorans mala. Inci-
Laboreurs. Carmen Maccaroni- pit:

*Credo que dieu nous a en terre
Mis pour soustenir pouuerté
Et souuent par estrange guerre
Notre estat a bien pouure esté &c.*

Et finit:

*Prions luy quen fin puiſſions estre
Purs et netz en nostre examen —
Et que nous ayons en son estre
Tous Vitam eternam amen.*

XV. fol. 51. p. 2. *Épître au* hoc ordine: Primi VI. quorum
Roy (François I.) par laquelle ultimus paullo aliter, quam in
Marot luy presente trente pseaul- Editis incipit, videlicet: *Je*
mes de Dauid translatez de la- te supply, O *Sire*. Deinceps
tin en francoys selon lebrieu ut *Psalms CXIV. CXV. CXXX.*
Cod. jam alio. Sequuntur Psalmi, *CXXXVII. CXLII. XXXVII. cu-*
fed numero tantum XVII. atque jus initium ab Editis sic abit:

*Desir aucun ne t'esmeue et comuye
D'estre pareil aux malings et meschants
Et de l'inique aux biens ne porte envie.
Car en ruyne ils seront tresbuchans
Fachez coppez &c.*

XXXVIII. CIII. CIV. VII. VIII.
in quorum diversis antiquioris
linguae et Poeseos *Gallicae* Stu-
dioſi lectionis varietatem repe-
rient.

DCXXIV.

Codex chartaceus lat. boh. 787
Sec. XV. Folior. 243. 8. non
una manu perscriptus sequentia
conti-

continet possessore quondam, ut in fronte, *Anthonio nacionita*, eodem fortasse, qui se *Cod. alio Homiletico Anthonium Baccalau-reum de natione* dixit: I. *Soliloquia*, quorum *Prologus* incipit: *Gens absque consilio est &c.* Ad-didit alia manus *beati bernhardi*; sed recentioris cujusdam viden-tur pii hi affectus, quorum fe-re singulis praefixus est locus e *Psalms* depromptus, ut: *Domine deus salutis mee, in die clamavi et nocte coram te &c. Miserere mei deus secundum magnam mi-serericordiam tuam &c. Intende in adiutorium meum domine deus sa-lutis mee &c. Cor mundum crea in me deus &c.* et sic ulterius. In Epilogo ait Autor, se *Scriptum istud ex diuersis sanctorum scrip-tis in unum compilavisse et in sex capitulis distinxisse.*

II. fol. 23. p. 2. *Incipit For-mula vite cristiane conscripta a beato Jeronimo cuidam Nouitio hoc ipsum petenti.* Nota illa etiam *Bernardo* subposita edit. *Maur. T. V. col. 794.* quae incipit: *Petis a me mi frater carissime &c.* Vide *Indicem.*

III. fol. 30. *De Ecclesia.* Hunc titulum praefert *Compendium Tractatus Job. Hussi de Ecclesia*, qui extat in edit. *Opp. 1715. f. p. 243.* Initium nostri: *Cum se-cundum Augustinum sicut multi falluntur christo, sic et Ecclesia &c.*

IV. fol. 59. *Epistola Hussi-tae* cujusdam satis acerba contra Romanam Ecclesiam, quae inci-pit: *Ad tuam o Andrea monache*

responsionem scirem si vellem ite-rum respondere &c. Inter alia: *Rokyzanam sancte memorie catho-licum virum heresiarcham appel-lasti. Sanctum Johannem (Huss) martirem dei maledictum et satha-ne traditum nominasti. Item om-nes nos qui benedictam communio-nem sacrati calicis participamus di-xisti esse pestifere secte et damna-te heresis &c.* Mortuo igitur a. 1473. *Rokyczana* scripta fuit haec Philippica. Autorem puto *Petrum* illum *Plebanum*, cujus alia habetur infra fol. 111. *Epi-stola ad Andream*, qui fortassis *Andreas de Raudnicz* Canon. Reg. fuit; hujus enim insignem *Tractatum adversus Hussitas* in Biblio-theca *Trebonensi* extitisse, lego in *Balbini Bob. docta P. II. p. 205.*

V. fol. 61. *Adversaria Theo-logica de Excommunicatione, Su-spensione &c. e mente Hussi.*

VI. fol. 68. *Poggii Florenti-ni ad Leonardum Aretinum Epi-stola de Rogo Hieronymi Faul-fisch seu Pragensis*, prout extat in edit. *Operum Poggii et P. II. Opp. Hussi cit. p. 532.* Ad cal-cem *Mathias de Montibus* ait eam se a. 1471. descripsisse.

VII. fol. 77. *Replica sacerdo-tis Martini lupacz contra sex pro-positiones aduersariorum calicis ihe-su christi in secula benedicti.* De Viro hoc dixi ad *Cod. DCCCII.* Init ille: *Inimici sanguinis cristi quo astucius iniquitatis suae sacri-legium cooperiant et ne deprehen-dantur medium tantum sacramen-tum eucharistiae populo ministrare*
istis

2389

A S C E T I C I.

2390

istis verbis velamen sui doli solent adaptare dicentes: Sacramentum altaris sub specie prima est totum plenum et perfectum sacramentum, et hoc fuit defensorium ipsorum coram rege (Georgio) in disputatione contra Magistrum Rokyczanam Anno domini MCCCCLXV. &c. Hinc scriptionis tempus liquet.

VIII. fol. 111. Epistola Petri Plebani ad Andream, de quo supra N. 4. seu Tractatus potius, quo hunc Apostasiae coarguit et Hussitarum opiniones magno testimoniorum e sacris literis et PP. adparatu urget. Initium: *Ad scripta mea (tua) quibus non me sed euuangelicam quam sincero diligo corde ausus es impugnare fidem, non mireris cur tardius respondeo &c. Finis: in futuro ducet in conuiuium eternum Amen.* Manus difficilis et saepe resecta.

IX. fol. 182. Expositio Orationis Dominicae, cujus initium: *Ista oratio dicitur dominica, quia dominus noster ihesus christus ipsam suo ore composuit &c.* Percurruntur deinceps VII. Petitiones, sed uberius, quam quidem in Opp. *Hussi* supracit. P. I. p. 40. qui tamen sub finem citatur.

X. fol. 194. Excerpta Bohemica e Statutis Arnesti I. Archiep. Prag. anni 1309. contra Usuras et Usurarios, item ex Interdicto Cesaris Caroli et Leonis Pape, item ex *Juribus* (Prava Prazska) Pragensesibus.

XI. fol. 198. Collectanea: *Que mala veniunt ex reciduatione ad vicia. Signa quis est in corde* Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

pore christi mystico et quis non. Vera descriptio anticristi.

XII. fol. 204. Secuntur Sententiae Morales Philosophi Sexti qui acerrimi fuit vir ingenij. Initium: *Fidelis homo electus homo est, electus homo homo dei est &c.* E Graeco transtulit *Ruffinus Aquil.* nomine *Enchiridii* seu *Anuli*, tribuitque *Xysto* seu *Sixto* Pont. Rom. II. culpatus ab *Hieronymo*, cui Author visus est Philosophus Pythagoraeus homo *gentilissimus*. Standum tamen videtur potius pro Christiano, id quod edit. ultima *Lipsiae* 1725. 4. adsertum iuit *Urb. Godfr. Siberus*, et *Sixtum* Pont. Sec. III. Martyrem reposuit. Nondum inventa Graeca.

XIII. fol. 213. p. 2. Argumenta collecta contra Supplicationes Theophoricas, quae excipiuntur a variis Excerptis e Sermonibus *Joh. Chrysofomi*.

XIV. fol. 226. Tractatus Bohemicus pro Communionem Infantium, qui incipit: *Keczi pana boha vssemobuczieho a gebo choti milee Cierkwe swate mienim &c.* Tractatus hujus argumenti Latinos vide *Codd.* variis.

DCXXV.

Codex chartaceus, lat. Sec. 658
XVI. Folior. 6. 4. continet: I. Methodum quandam meditandi Sacra, cujus initium: *Ad meditationem presentem accelerandam et eius utilitates 12. generales et plures particulares demonstrandas ordinate ingredimur particulas ipsam*
F f f f sam